

quod fortius stringit, quod tunc actio noua ex priori constituta est, & ex posteriore agitur, causa & originem idest, priorem actionem spectandam esse, nominatim docemur, l. 3. C. ad S. C. Macedon. l. qui id quod 34. D. de don. ibi: *Causam & originem constituta pecunie, non iudicij potestatem praualeat placuit, ergo, & eo casu, quo quis ex delicto damnatur non iudicij potestas, ex quo ipsa iudicati actio nascitur, sed origo, & causa quippe maleficium incipiendum est.*

18 Quibus difficultatibus suo ordine satisfacias. Prima, verum sane esse, & quod in honorariis, & in d. §. ex maleficis scriptum est, quippe persecutoris actionibus regulariter id tantum prosequi quod nobis ex patrimonio nostro abest: item pœnalibus actionibus in id reos non damari. Nostra tamen in casu iudicati actionem, non ex prima actione, quæ ex delicto erat dari, sed ex contractu descendere, quia iudicio contrahitur non aliter, quam stipulatione, l. 3. §. idem scribit, ibi: *Nam sicut stipulatione contrahitur cum filio, ita iudicio, D. de peculio. Vnde succedit regula, text. in d. §. sequens, & in §. rei persequende, quia docemur, omnes fere actiones ex contractu descendentes rei perfectionem continere, ergo quamvis veteri actione, si reus condemnatur, persecutio, neque hæredibus, neque in hæredes daretur, quia tamen non iudicij originem, sed ipsum iudicati veluti obligationem spectamus, ex ea veluti ex reliquis contractibus, & hæredibus, & in hæredes persecutio datur.*

19 Sed iam vos adno huc resolutioni, & Vlpiani sententia, in d. l. 3. §. idem scribit, obijcientes text. in d. l. inter stipulationem 8. §. si stychem, D. de verb. oblig. iunct. reg. l. 1. §. conuentionis. §. adeo, D. de pactis quoniam si indubitati iuris est, contractum nullum, siue consensus esse, iudicium autem etiam in inuitum reddi, qui fiet iudicio non minus, quam stipulatione contrahi. Sed rem paucis absoluiam, examinaui eam latius in commentariis, d. §. si Stychem, ex num. 4. verum enim idest, quod Vlpian, ait, in d. §. idem scribit iudicio non minus, quam stipulatione contrahi, si spectetur id quod fit, cum iudicium suscipitur, contrahitur enim tunc nec sine consensu, quoniam et si cogatur reus accipere, quia & in inuitum iudicium reditur, tamen coactus vult, cum suscipit, vt de eo responsum esse, qui coactus adit hereditatem l. si mulier 2. §. si metu coactus, ibi: *Quia quamuis si liberum esse noluisse, tamen coactus vult. D. de eo quod metas caus. exornat Thom. Sanchez, de matrimonio, lib. 4. disp. 1. numer. 2. & 3. Si tamen spectetur initium rei gerendæ, non consentit, qui cogitur, cui si liberum est ferre iudicium non susciperet. Vnde intelliges, verba d. §. idem scribit, ibi: *Proinde non originem iudicij spectandam, sed ipsam iudicati veluti obligationem, distensus ergo iudicium non vitiat, vt d. §. si Stychem, cui addes, dum probat iudicium in inuitum reddi, Socii num, reg. 237. Menochium. li. 2. de arbit. casu 93. n. 31. & relatos ab Alfano, collectan. 3.**

20 Secunda difficultati, ex dict. l. 3. C. ad S. C. Maced. & d. l. qui id quod 34. D. de donat. vt satisfacias, & quod certum sit status in re sane obscura, quando videlicet prior actio, sine causa, vt ex agatur inspicienda sit quando vero posterior attendatur, rem sic comprehendens, quod cum constat, & priorem, & posteriorem causam, idest, & priorem, & posteriorem actionem iustam esse, vt non prior, sed ex posteriore agatur, id solum attenditur, an in posteriore aliquo amplius sit, quam in priore, tunc enim non ex priore, sed ex posteriore agitur, quia in ea, & prioris etiam iusta causa animaduertitur, secunda plenior est, vt in hoc nostro exemplo temporariae actionis, quæ ex iudicato perpetua efficitur, et quæ longe vtilior priore. A qua specie non abhorret illa, l. 3. C. ad S. C. Maced. ecce filio fam. aliquid venditum

fuit, ex quo contractus, cum pretij debitor efficeretur, placuit postea, vt pecuniam, quam ea causa debebat, tanquam mutuum retineret, dicimus iustam esse hanc causam, quamvis mutuum pecuniam dari filio fam. sit contra S. C. Maced. datur ergo hoc casu aduerus filium fam. actio ex mutuo vt pretium cum vluratum accessione venditor habeat, quia ex iusta origine, & causa nata est, Plane in d. l. 3. C. ad S. C. Maced. creditorem non prima actione ex vendito, sed secunda ex mutuo egisse, conuincitur euidenter eo, quod Imperatores respondent eo in casu. *Locum non esse Senatus Consulto, quo fenerat filius fam. est prohibitum, quia non titulus actionis sed origo obligationis inspicienda est, quæ sane ratio omnino ellet incepta, si actione ex vendito creditor egisset, aduerus quam ea exactione locum nullo casu habere posset, cum extra causam mutui, tanquam pater fam. ex omnibus causis, & ciuilitate, & naturaliter obligatur, l. tam ex contractibus 57. D. de iud. l. filius fam. 39. D. de oblig. & action. quæ exornauimus, & rem hanc copiose exposuimus, in princ. ex num. 116. Inst. quibus modis re contrah. obligat. Si veto prior causa iniusta sit, et si secundus subiectus sit contractus, vt eo prior nouetur, vt ex eo agatur, nulla sanè ex posteriori contractu actio erit, aut si erit, omnes antiquioris contractus inerunt qualitates. Ecce iterum eandem speciem. Filio fam. mutua pecunia data est, & postea in stipulatione deducta, quia frans S. C. sit perinde exceptionem dandam l. C. statuit, ac primo casu daretur, l. item 7. §. 1. (alias, l. sed Iulianus, 9. in princ. & §. 1.) D. ad S. C. Maced. idque sane recte ne alius legi fraus fiat, & quod vna via prohibetur, alia efficitur, l. non dubium 7. C. de legib.*

Quod si adhuc vigeas, ex d. l. quid id quod, vbi 21 quamvis vtraque causa, & prior, & posterior iusta sit, nempe, & donatio, & constitutum, iudicij potestas, originem tamen spectandam ait Consilius, respondendo, illius legis speciem speciali ratione ad superiorem regulam non pertinere, quoniam quamvis initio, & in donatione, & in constituto, & iudicatio iusta causa animaduertatur: quo tamen casu aduerus ea obicit donator, non esse cum vltra quam facere possit compellendum, si adhuc vigeret solidum præstare, ab eoque extorqueretur, magna illi sit iniuria, nec sine donatarii nota, (Ingrati quippe hominis est, totum extorquere ei, qui quid donauit, & eo magis ingrati, quo liberalis ipsum est ad donatore cautum, & constitutum est, si fortuna forsitan vitio solidum postea præstare non possit. Qua de re latius infra ad l. fuit qui. 16. cum sequentibus infr. eodem.) nulla vero eidem donatori iniuria, itrogatur, si totum non auferat, quod ei promissum, & postmodum constitutum fuit, cum nihil de suo amittat, et si verum sit, lucrum non facere, æquum est: ergo hoc casu rei originem spectare, quod in ceteris actionibus non animaduertes, cum & diligentia nostra, & onerosa causa sepius proficiantur.

Verum superiorem doctrinam & præcipue, quam scripsimus ex nu. 1. contententes ex iudicato dari victori actionem, quæ iudicati appellatur distictilem reddit, text. in l. actori. 8. C. de reb. credit. & iur. iur. in illis verbis, *ad similitudinem iudicati in factum actio competit, docet enim ibi Imper. quod si actori delatum, vel relatum iusiurandum sit, si iurauerit, vel ei remissum sit Sacramentum, ad similitudinem iudicati in factum actio competit Ergo quo pro iudicato datur non est, nec appellatur actio iudicati, sed actio in factum. Quam sententiam Accurs. verbo, in factum, insinuant in d. l. actori, apertiusque bi defendunt Baldus, & Salicet. glos. etiam in Clem. fin. verbo *repulsione*, de appellat. Alex. in d. l. miles. §. fin. Romanus, in l. nam & postea. 9. fin. D. de iure iur.*

Sed

23 Sed nihilominus non est recedendum à superiori sententia, quam expresse probant iura à nobis sup. num. 1. relata, contentanturque veteriore Bart. Alber. Angel. cum Isf. & alii, in d. miles r. fin. Cuius, in d. l. actori Brissonius, lib. 8. de verb. signific. verbo, *iudicati actio*. Nec obstat textus, in d. l. actori, quoniam pro eius vera interpretatione, in illis verbis, *ad similitudinem iudicati in factum actio competit*, meminisse oportet eorum, quæ lato sermone scripsimus, in §. qua de causa 1. ex num. 1. Inst. de locat. & conpact. & in §. 1. ex num. 29. Inst. de oblig. quæ ex quasi contract. nasc. & fusius in proposito scribit Ioann. Yañez Parlad. lib. 2. ver. quot. cap. fin. §. 1. ex num. 5. ad num. 1. quibus in locis late de actionibus constitutis, & legitimis, & de illis, quæ prioribus deficientibus dabantur, quæ præscriptis verbis, siue in factum dicebantur. Ergo cum ex iudicato, legitima & constituta actio, quæ iudicati, appellatur ex verbis legis daretur. Vt innumeris testimonijs sup. ostendimus. Quæ tamen iusiurandum, aut confessionem in iure factam, non comprehendebat, nec causam iureiurando, aut confessione declam, quia est iudicem virtutis, & potestatis esset, res tamen iudicata non erat, vt probatis ex illa duodecim tabularum lege, quam & retulimus, & exornauimus, infr. §. 6. ex nu. 2. & ijs, quæ in eius proposito adducunt Baldus, & alij à nobis ibi relati. L. 2. D. de iur. iur. l. post rem iudicatam, §. 6. infr. eodem. l. 1. D. de confessis, iuncta l. 1. sup. eod. Conuenit autem, vt actio non negaretur, cum ratio id dicit, quia in iure confessi pro iudicatis habentur, factum est, vt ex prudentum interpretatione ad similitudinem iudicati daretur ex iureiurando, aut confessione in iure facta, vtilis actio in factum. Quomodo d. l. actori intelligenda est, Item, & text. in l. cum antea, §. C. de arb. cum consonat. 2. §. tit. 4. p. 3. quæ probat ex sententia arbitri, etiam si omologata sit (vt nostri aiunt) non directam iudicati actionem, sed vtilem in factum dandam esse, quamuis hodie alio iure vtamur, de quo latius c. seq.

24 Sed an actio iudicati, quæ ex sententia, quæ transit in autoritatē rei iudicate (vt Pontifices aiunt, in cap. cum inter 13. capit. quoad consultationem. 15. de re iudicata, & praxim, hodiernus que stylus admittit, & vocat teste Rebuffo. 1. tom. ad constitutiones Regias, tit. de sententijs execut. in præfat. nu. 9. Sarmento, lit. seled. cap. 13. in princ.) oritur, ita habeat paratam executionem, vt absque eo quod de iudice exerceatur, exequi possit, an vero alio iudicio ordinario exercenda sit, nimis inter nostros controuersum est. Placuit tamen t frequentius ex sententia dupliciter agi posse. Primo iure ordinario actione iudicati, in qua necessarius est libellus, & qualis qualis iudicialis ordo. Secundo summarie officio iudicis pro sententia executione postulatio, & tunc non est necessarius libellus, sed ex petitione partis summarie agendum est. Quam opinionem docuit Speculator, tit. de executione. §. qualiter Bart. in l. intra, nu. 1. vbi receptam numerum testantur plures relati à Isfo, num. 3. Imola, numer. fin. & non esse in praxi ab ea recedendum, Cuman. numer. 5. infr. hoc titul. Præcipuum huius opinionis argumentum desumitur ab absurdo, alioqui si non officio iudicis, sed iudicati actione executio preteretur, denuo esset exercenda, aliusque processus esset necessarius, & sic daretur in infinitum contra regul. d. l. terminato. 4. C. de fruct. & lit. expens. leg. 4. §. ait Prætor. h. tit. diximusque iam sup. num. 2. & 3. Nec dices ea opinione admitti, ergo iudicati actio inutilis est, cum breuius, & pinguis sit officium iudicis eiusque remedium. Quoniam quærit poterit, vel necessario iterum actio iudicati exerceri oporteat ante officium iudicis, veluti si in certam quantitatem eius, quod interest, vel expensarum sententia contineat,

25 Antonij Piccardi Pract. Instit.

quo casu ea actione imprimis agit, erit necessarium, vt quantitas, & incertiudo ad certitudinem redigatur. Deinde implorabit officium iudicis pro totius sententiæ executione.

Hæc sententia, licet hic in scholis frequentius secuta sit, vera tamen non est. Nec ferenda ea omnia iura quorum sup. num. meminimus, quibus docemur, iudicati actionem post rem iudicatam dari inanem, & fere sine fructu actionem tribuisse, eo solum casu vtilem, quoad aperiendam incertitudinem agatur. Contendo itaque non solum Hispano iure, quo viget, sententiam paratam habere executionem leg. 1. tit. 2. lib. 4. nouæ Recopilationis (de qua latius agendum est,) sed antiquo iure ciuili Romanorum id esse admittendum, quod & Baldo placuit, in l. 2. col. 1. C. de exequ. rei iudic. Fulgosin. d. l. si intra, num. 2. hoc tit. Brisson. lib. 4. seled. antiquiq. cap. 2. egregio Præceptori nunc Salmatiansi olim Primario legum antecessori nostro à consilijs Potentissimi Regis nostri in supremo rei dominice Senatu Senatori Gabrieli Enriquez, in commentarijs d. l. à Divo Pio, ex num. 1. & præcipue, num. 4. & probatur expresse, in h. l. 4. §. si ex contentione, ibi, *Ceterum si non nouanda causa effectum est manebit ordo executionis, dict. leg. à Divo Pio 15. in princ. ibi, sententiam exequantur, quæ eos dederunt, melior text. in l. si pignora 50. ibi, Extra ordinem sententiam exequentes, D. de iudicibus, quibus accedit bellissimum I. D. responsum, in l. minor viginti quinque annis, qui fidei commissum 41. ibi, Quia paratam ex causa iudicati perfectionem nouo tractatum ad initium alterius petitionis redegerat. D. de minoribus.*

26 Quod si dixeris, his iuribus non excludi iudicis officium, quoniam eo petito executionem fieri iuxta doctrinam Speculatoris, de qua sup. num. 16. Respondebo, hanc inductionem excludi dict. lib. si pignora, ibi, *Extra ordinem sententiam exequentes, D. de minoribus, ibi, Paratam ex causa iudicati perfectionem, &c.* Præmitto pro earum interpretatione Actionis t verbum generale esse l. pecunia, verbum. 178. §. 28. actionis. D. de verb. sign. eoque comprehendit non solum petitiones, quæ iure ordinario deducuntur in iudicium, sed etiam perfectiones, quæ extra ordinem proponuntur in iudicio, leg. actionis. 34. D. de verb. sign. cum enim actio sitius persequedi in iudicio, quod sibi debetur leg. nihil. §. D. de oblig. & action. text. in princ. instituit, eodem, quamlibet perfectionem etiam extraordinariam continebit, quibus & illud est consequens, vt actio iudicati executioni possit mandari. Licet t enim actio ad ordinarij ius agendi

27 in iudicio plerumque referatur, hoc tamen non procedit, vbi actionis nomen generale perfectionem extraordinariam comprehendit, qualis est iudicati actio. Id conuincens expresse in iuribus à nobis adductis sup. num. 1. quibus post sententiam iudicati actio datur, iuncta d. l. minor, vbi *perfectionem ex causa iudicati*, appellat Vlpianus, quam aliis in locis *actio nem iudicati*, alij dixerant, quam non esse proponendam via ordinaria, sed extra ordinem (hodie dicimus *via executiua*) insinuauimus iam sup. num. 5. & nominatim docuit nonnulli, in d. l. miles. §. qui iudicati ad fin. probaturque Vlp. dict. loco, dum minore restituit, quasi factum, eo quod omnia via executiua, quam sibi parauerat per actionem iudicati (hic enim est istorum verborum sensus, *quia paratam ex causa iudicati perfectionem*) per cautionem de nouo factam efficit, vt lis via ordinaria esset proponenda. Quippe si actio, vel persecutio ex causa iudicati, non haberet paratam executionem, vt communis voluit, nulla in re diceretur læsus minor, qui omnia actione iudicati cautionem, sibi quasi creditæ pecuniæ fieri curauit, quia tamen actio iudicati perfectionem continet extraordinariam, & nostri dicunt executiuam, læsus

C 3 dicitur

dicitur minor, qui passus est litem alterum consergere post primam litem finitam, contra consilium l. C. in hac l. 4. §. ait Praetor, d. leg. terminato 4. C. de fruct. & lit. expens. qui est illorum verborum sensus, nono contractu ad initium alterius petitionis redegerat, 30 Reliquum est, vt huc rei colophonium addamus, vt de forma edictis, siue propositiois in actione iudicati adiciamus, non nihil diximus supra, num. 5. in ea illud solum quari, an iudicatum sit. leg. post rem iudicatam. §. 6. inf. hoc probato rem statim executione mandari non antea. l. 1. leg. 1. C. de executione rei iudicat. Ecce ergo illam. *Quia mihi in tantam pecuniam condemnatus es, & iudicati tempora praeterierunt, volo eam pecuniam mihi solui, nisi solui, vt iudex sententiam exequatur, & in eam rem diem dicit actor aduersario, quo die ad magistratum id petat, & impetret: de qua re latius, in d. l. Diuo Pio. 1. §. in ven. tit. inf. eodem, examinabimusque fusius seq. c. haecenus de iudicati actione, & eius executione.*

31 Superest, vt de personis dispiciamus, diximus enim sup. num. 10. eam victori in condemnatum dari, *Anne in omnem, qui erit condemnatus* questionem hanc latenter popositam definit Vlpian. in l. si se non obtulit. 4. in princ. hoc tit. cuius definitio illustrata exemplis, quia mire rem explicat, parumper iuxta eam subsistendum nobis est, & de vno quoque sigillatim agendum.

An ergo in prioribus verbis. *Si se non obtulit procurator iudicati actio in eum denegabitur, & dominum dabitur.* Ergo aduersus procuratorem, quem dominus ad iudicia, siue lites constituit, quem dicimus se liti non obtulisse, executio locum non habet, idem in l. Plautius. 61. ff. de procurat. cononat. l. fin. tit. 5. part. 3.

Sed aduersus eam sententiam, primo sic argumentor. Executio iudicati debet esse conformis sententiae, & absurdum esset ex iudicato agi contra alium, quam qui fuerit condemnatus. l. penult. & pass. C. de execut. rei iudicat. tit. C. res inter alios acta, & c. Ergo, cum procurator damnatus sit, debet ipse conveniri in executione iudicati, non dominus, saluo ei regressu aduersus dominum per contrariam actionem mandati ad consequendam indemnitatem. Deinde quia sententia fertur contra procuratorem. l. licet. 24. §. penultimo, ff. de procuratoribus. l. 1. C. de sententiis, & interlocut. cap. querelam. §. 2. de electio. Ergo & aduersus eum executio sententiae fiet.

Accedit liti contestatione eundem procuratorem, & quasi contraxisse. l. 3. §. idem scribit. ff. de peculio, & dominum liti effectum fuisse. leg. neque. 11. C. de procurat. ergo iudicati actio aduersus eum admitti debet.

33 Secundo obicitur eidem Vlpiano d. ff. textus, in l. minor. §. 1. ff. de procurat. quae probat minorem suscipiente alterius defensionem, in integrum restitui posse, ergo supponit aduersus eum sententiam, & ferri, & exequi: frustra enim daretur restitutio si non processisset latio, ex l. 1. & tot. 1. ff. de minorib.

Tertio obstat deinde text. in l. procurator. 67. ff. de procurator. quo in loco constat aduersus procuratorem, qui pro domino fidem suam adstringit, iudicati actionem locum habere.

His non obstantibus Vlpiani sententia supra num. 20. ex dict. l. 4. hoc tit. proposita vera est. Eius ratio in promptu, si prius generalia quadam de procuratoribus, de quorum vtu, & necessitate ad interpretatio. nem. leg. 1. ff. de procuratoribus praemiserit ex Donello. lib. 18. commentar. c. 9. cum sequentibus, quoniam procurator ad litem datus, tandiu duntaxat procurator est, quando liti est, liti autem esse definit, & finem accipit per sententiam, quae vel absolute, vel condemnatione controuersiae finem imponit. l. 1. hoc tit. Et si autem per eam sententiam procurator condemnatus fuerit, nec hoc rursus, nisi ex necessitate, quia

fuerat contestatus, & iudicium acceperat, sententia vero non cum alio fieri possit, quam cum illo ipso, qui iudicium accepit, non est aequum pati eum executionem iudicati, qui nec si visisset, potuisset agere ex iudicato. leg. hoc iure. §. 6. ff. de solutionibus. Deinde satis actori, eidemque victori est, quod dominus ipse qui procuratorem constituit, executionem iudicati reculare non possit, non magis, quam si fuisset ipse condemnatus, quia enim aliud prauidere potuisset, qui litigauit cum procuratore, tanquam procuratore.

Verum proximam hanc resolutionem, quoniam, & 35 dict. leg. 4. in princ. sententiam difficilem reddit idem Vlpian. in leg. si procurator. 28. §. ibi: *Sicuti cum agit iudicati, non in rem suam datus, nec ad eam rem procurator factus, ff. de procuratoribus.* Ex quibus, vt bis, integroque illo Vlpiani responsio constat iudicati actionem procuratori competere, ergo & in eum datur, sunt enim haec reciproca, quod est aperte contra dict. leg. 4. in princ. vbi ex prelo scriptum est, iudicati actionem in procuratorem non dari. Rursus in posterioribus verbis, ibi: *Quia nec iudicari mecum agi potest* difficilis est, dict. leg. si procurator, euerit enim sententiam paulo ante scriptam, qua docemur, idem in d. l. 4. & in d. leg. Plautius, aduersus procuratorem iudicati non agi, quia facti victori consultum est cum dominum habeat obligatum.

Quibus difficultatibus adeo premitur Antonius 36 Faber in rationibus eiusdem leg. 28. vt bis, & iterum emendaticem manum posuerit, & versiculum, *sicuti cum agit iudicati, legat, sicuti non agit iudicati.* Et rursus versiculum sequentem, ibi: *In me ex stipulata actio non datur, legitur in me ex stipulata actio datur.* Deinde sequentia verba. *Sed et si defensor meus satisfecerit, legit: Sed si defensor meus satisfecerit, quo vel solum argumento, quanta huius rei sit difficultas plane intelligitur. Sed quid in ea antiquiores senserint communi, & vulgari retenta lectione, audiamus.*

Accur. verbo. *condemnatus in §. si ex conuentione, leg. 4.* hoc titulo, tanquam certissimum supponit Procuratorem, contra quem sententia lata est, iudicati actione teneri, alias enim quod Vlpianus ibi, de nouatione ait, vix intelligi posset, Accursus sequitur, & extollit Bartol. in dict. leg. si procurator, 28. nu. 2. & in leg. 1. col. 2. C. de sententiis, & interlocut. omn. iudic. & sic explicat Alexand. nu. 1. l. inf. nu. 3. in dict. §. si ex conuentione.

Quae opinio si vera est, duo vt fataris est necesse. Primum, quod in dict. l. 4. in principio, hoc titulo, ait Vlpianus, procuratorem, qui se liti non obtulit, iudicati actione non teneri, intelligendum de actione vtili, non de directa, quam procurator declinare origine non potuit, propter ius directum instantiae, quod est penes eum, cum per liti contestationem dominus liti sit effectus, vt supra num. 21. ostendimus, licet sit inutilis, & inefficax, propter exceptionem, quae ei competit.

Secundum eadem ratione directam actionem iudicati ei dari, vt dict. l. si procurator, licet similiter inanis reddatur, domino vtili actione ex iudicato sibi quaesita agente, vt in eadem l. si procurator, & apertus in l. in causa. 27. §. fin. ibi: *Et licet procuratori commissio sit stipulatio, tamen domino eri danda vtilis est stipulata actio, directa penitus tollenda.* D. de procurat.

Hac interpretatio conuincitur expresse, ex verbis 39 dict. l. 4. ibi: *Si se non obtulit procurator, iudicati actio in eum denegabitur.* Quae vtriusque actionis, & vtilis, & directae exclusionem inducunt. Rursus ex dict. l. hoc iure, 86. ibi: *Nam absurdum est, cui iudicati actio non datur, ei ante rem iudicatam solui posse.* D. de solutionibus. Sane si directa saltem daretur solui illi posset argumento eorum, quae de solutione adiecto facta, scribit Iustinianus in §. plane. 4. Iustit. de iniur. lib. 5

libus stipulation. vbi sub numero primo, plura conuentionibus, ex quibus constat, solutione illa facta liberationem iplo iure contingere: hoc ideo, quia licet 40 ¶ adiectus exigendi ius est non habeat, nulla enim actio fuit illi quaesita, leg. quod stipulatus, ff. de solutionibus, lug. cui recte, 10. ff. de nouation. leg. sed et si filio, 7. §. 1. in fin. ff. de constituta pecun. recipien. di tamen solutionem, in quam rem fuit adiectus, ius ita ei inheret, vt etiam stipulatione inuito illi solui possit, vt late in dict. §. plane, ex num. 1. scripsimus vbi, quid iure Regio Hispano obseruandum sit adiecit, longe ergo magis posset procuratori solui, si qualis qualis actio illi quaereretur. Deinde ex d. l. Plautius. 61. Plautius ait (inquis Iulius Paulus) procuratorem damnatum, non debere conueniri.

41 Quare ea omnia interpretatione ex eodem Bartol. in dict. l. Plautius, num. 1. quam ibidem sequitur Albericus, & nominatim Gregor. Lopez in dict. l. fin. verbo, *è non en del personero, tit. 5. part. 3.* existimo text. in dict. l. si procurator, extra terminos in quibus loquitur, accipiendum non esse, in illis vero ideo, & procuratorem actionem iudicati, habere, & in eum dari, quia ab eodem iudiciali stipulatio de iudicato soluendo interposita fuit, quae vna res efficit, vt lata sententia in iudicatum esset solum, & ipsi, & aduersus eum stipulatio communiter, dicta l. in causa. 27. §. fin. illo titulo, quia tamen, & hoc quoque casu militat ratio illa, de qua supra num. 34. effectum est, vt & vtilis domino, & aduersus dominum dicit, *directa penitus tollenda.* hoc est, omnino in procuratoris persona euacuat, vt ind. §. fin. in quo plura verba è Triboniano adiecta eodem in loco, animaduertit Ant. Faber, schol. pen. & lib. 12. coniecturatum, cap. 4. vulgatam tamen, & communem lectionem retinet præter antiquiores Eguinacius Baro, ibidem Petrus Faber lib. 1. Semestrium, cap. 13. Hug. Donellus, lib. 18. commun. cap. 9. pag. 181. Planè hac ideo à Praetore inductum est, quoniam cum summo iure interposita à procuratore stipulatione ipse, & in ipsum d. da esset directa actio, quoniam nec alteri stipulari nemo potest, nec alium sua stipulatione obligatione adstringere. l. stipulatio, 38. §. alteri. l. inter stipulantes, 83. in princ. ff. de verbor. oblig. & ex illa stipulatione mutae, & reciprocae natae essent directae actiones, dict. §. fin. l. si procurator, quasi iure ciuili inductas Praetor non potuit deletere, tollere: data exceptione euacuaui, vtilibus actionibus domino, & in dominum concessis.

42 Textum vero in d. l. 4. in principio, cum similibus, loqui, vt ex litera patet, in procuratore, qui se liti non obtulit, nec satis dedit, nec satis accepit, cuius officium, cum finito iudicio expierit, vt sup. num. 34. resoluius, non in ipsum, sed in dominum iudicati actio datur. Nec obstat, si replices ex illa, d. l. si procurator, verfic. *scitum agit iudicati*, quo alter casus à superiori dissimilis includi videtur: coniungendus enim est prioribus verbis, ibi: *sicuti iudicati actio mihi indulgetur, ex quibus constat eodem themate retento, vique ad ver. Per contrarium.* l. C. loqui, de cuius interpretatione commodius infra, ex numer. 72.

43 Reliquum est ergo esse manere nostrae l. 4. in principio sententiam, vt regulariter in procuratore iudicati actio non detur. Nec obstat verfic. *fin. §. si ex conuentione, quem supra adduximus, intelligendus enim est, quo casu inutilis in persona procuratoris actio potuit à domino notari, cum & notatio locum habeat, qualis qualis sufficiat obligatio, §. praeterea, Inst. quib. modis toll. obligat. vbi copiose scripsimus, nec alias eundem Vlpianum contraria scripsisse dicamus, & induces regulam, l. qui testamento, 20. ibi: *nisi aliud impediatur.* ff. de testamentis.*

44 Hodie vero in procuratore, qui se liti non obtulit, sed domini mandato, vt litem defenderet, comparuit, res sine controuersia est, quoniam cum ex stylo iam

vbiq; terrarum fere recepto, Tabellionis satisfactionem de iudicato soluendo in procuratoris mandatis adiciant, qua domini suos procuratores ab omni onere satisfaciendi releuant illa adiecta clausula: *Tu vobis relicto de fianca, y caucion en forme, segun derecho, y de toda carga de satisfacion: so la clausula que es dicha, iudicatum solui, con todas sus clausulas acostumbradas, cuius meminit Gabriel Monterrosus, in praxi, tract. 7. de las escrituras publicas, in mandato generali ad lites, fol. 125. habuit autem ea praxis ortum ab his, quae notant interpretes in l. ne satisfactio, 21. ff. rem rat. hab. & Accul. in l. 1. C. de satisfaciendo, & magis à l. 14. tit. 5. part. 3. ibi: *E dene dexir en fin de la causa, que est para quanto ficieren, è razonare el personero en aquel pleyto* (quae est clausula de rato.) *E que obliga a si è à todas sus bienes, para cumplir todo lo que fuere juzgado contra es en aquel pleyto, quae est clausula iudicatum solui, per quae verba dominus fideiubet pro procuratore, non tenetur ipse procurator satisfacere, ex Bart. doctrina, in rubric. num. 3. ff. iudicatum solui, seq. Alexand. in l. filius famil. & in l. sciendum, §. possessor. ff. qui satisfacere cogantur. Maranta, de ordin. iudic. 6. part. memb. 8. num. 1. & probat nominatum. l. 21. tit. 5. part. 3. verfic. *Fueras ende si en la carria de la persona dixisse satisfada damente, que el que lo fiziera personero, el mismo era fiador por el, de cumplir, è de pagar todo lo que en el pleyto fuesse juzgado, è esfionce non le deuen demandar otra fiadura, exploratum est firmam nostrae l. 4. sententiam manere, aduersusque procuratorem iudicati actionem denegandam, vnum excipe casum, cuius meminimus, late de iudiciali hac cautione agentes in nostra solenni. 3. disputatione, de satisfaciendis iudicialibus, num. 12. cum seq. ideo non subsistimus, poteris enim si nosse cupis, rem ad saturitatem videre. Sed iam alia argumenta, quae num. 22. h. cap. adduximus diluamus.***

Non enim obstat, quod primo loco ibidem adduximus executionem sententiae aduersus condemnatum fieri, non contra alium. Id enim verum est cum quis suo, non alieno nomine agit, vt ex d. l. penult. & vltim. C. de execut. rei iudicat. constat. At procurator, quamuis litigauerit, & lite durante, quia eius dominus est, in eum sententiae verba concipienda sunt alieno nomine conuenitur, & agit, ideoque sententia lata, quia lis etiam finitur eius etiam expirat officium, latique est consultum actori, qui dominum potest iudicari actione compellere parere iudicio, vt audiuius num. 34.

46 Nec obstat cum liti contestatione liti dominum effectum. d. l. neque 11. l. procuratoribus. 22. l. nul. 23. C. de procurat. Quoniam non iudicio rei dominus efficitur, vt tamquam de re sua conueniatur. Aliud ¶ enim dominum esse rei, aliud esse dominum liti. Dominus rei est ad quem commodum, & incommodum rei suo nomine pertinet. l. 5. in propria. ff. quan. appellan. sit. hic quidem iudicati actione tenetur, cuius generis non est procurator, qui alieno nomine, non in rem suam suscipit actionem. Dominus autem liti dicitur, qui iudicij, & instatiae dominus est, quod contingit procuratori lite contestata, quia eius iudicij actionem retinere potest pro arbitrio, & pro arbitrio in alium transferte. Ea vero res procuratorem dominum non facit, vt pote ad quem certum sit, neque commodum rei, neque incommodum pertinere, d. l. si procurator. 28. ff. de procur. d. l. §. in propria. ff. quando appellandum sit.

48 Nec titulus obstat ex quasi contractu qui ex liti contestatione resultat enim adstringit, d. l. §. idem scribit. ff. de peculio, haecenus enim id verum est, nisi si quid contractu sit. Quonia à certi iuris sit, nulla ex causa obligatione nasci posset in negotiis gerendis, vbi hoc ipl. non agitur vt obligatio nascatur. Vnde vulgata iuris caetlena, *actus agentis non operatur vltra eorum intentionem.*

nem. l. non omnis 19. ff. si certum petat. nec dubium esse possit, hoc ipsum in hoc casu actum, ut dominus teneatur, non procurator, qui se liti non obtulit, quem ne iudicatio teneretur interposita satisfactione de iudicatio solvendo dominus relevavit: citra consensum, & voluntatem procuratore ex illo quasi contractu liti contestatione celebrato non teneri consequens est, ex regu. l. 1. §. 1. ff. de p. actis.

Suecedit interpretatio. l. minor. §. 2. ff. de procurat.

Cuius tamen explicatio non est in obscuro, descendit ex eius verbis ibi, minor. 25. annis si defensor existat. Si memineris longe iuter se differre duas has voces. Procurator, defensor. Procurator enim latius patet, omnes enim omnino comprehendit, qui aliquam administrationem rerum alienarum gerunt, tam illos, quibus negotia iudicium gerenda, quam quibus causae in iudicio agenda, siue absentibus, siue praesentibus mandantur, l. 1. ff. de procuratoribus l. 1. tit. 5. part. 3. Defensor vero est ille, qui aliquem abli- que mandato in iudicio defendit, utro, & sponte, l. 50. liberto. 31. §. item ff. de neg. gest. l. tutori. 20. C. eodem.

Qui eo praecipue a procuratore differt, nam procurator, tam est actoris, quam rei, & tam in iudicio, quam extra iudicium interuenire dicitur. Defensor autem tantummodo in iudicio appellatur is, qui est rei procurator, aut actoris, quatenus reus est in re- conventione, & citra expressum mandatum ad defendendum venit, ut in principio. Iust. de his per quos agere possumus. Qui idcirco non aliter, quam si facti dederit admittitur, l. non videtur. 33. ff. de procurat. l. vnic. C. de satisfando. §. si vero reus. Inst. de satisfad. Quo tamen casu actiones si stipulata, & iudicari, non datur contra dominum, sed contra procuratorem, siue defensorem, qui se liti obtulit, iud. l. si procurator, 28. verfic. per contrarium ff. de procuratoribus. Quibus suppositis plane intelligit Vlpianum, in dict. l. minor. §. 1. recte enim docet minores, quibus in causis, in integrum restitui possunt, idoneos defensores non esse, quia & ipsi, & fideiussoribus eorum per in integrum restitutionem succurrunt, ex ead. Pratoris de minoribus, ipsis quidem ex propria persona propter In- briticum etatis, si qua in re capi, laque prophan- tur, l. 1. & passim. ff. de minor. Eorum vero fideiussoribus ne alioqui fideiussores necesse esset, vel regres- sum habere contra minores pro quibus interuenissent, vel in damno motari, quorum alterum ipsis minoribus, alterum fideiussoribus eorum iniuriosum est. l. Titius. 76. ff. de procurat. & induces. l. liberatio- nem. 3. l. quid ergo §. ff. de liberat. leg. l. cum lex. 46. ff. de fideiuss. Itaque quod ipse iure obligentur ad rem non facit, nec rursus quod possint esse procuratores. Nam minoribus procuratoribus maiorum, non datur restitutio, ne alioqui commodo maiores potius restitui viderentur contra propositum Pratoris, in l. cum mandato. 23. ff. de minoribus, neque enim procurato- res nomine proprio periclitantur, ut supra audivimus, quod secus est in defensoribus, dict. l. si procurator. 28. ff. de procurat. l. si ad defendendum. 10. ff. de iudic. solui.

Sed virgebis, nec sine ratione, hoc casu, in dict. l. minor, restitutionis beneficium locum habere non posse: constat enim Pratorem minoribus decipientibus, ut nec S. C. Vellianum, sed deceptis tantummodo, aut facilitate sua damnum passis succurrere non solere. l. 2. C. si minor dixer. l. 2. §. fed ita damnum, D. ad S. C. Vellianum. Vnde cum minor defensor, qui satisfecit iudicatum solui, si postea iudicium accipere nolit, aut accepto in iudicio condemnatus, nolit satisfacere iudicatio, videtur decipere actorem, qui satis accepit. mens. 43. §. vitimo. ff. de procurator. audiendum non esse si restitutionem peteret, videba- tur.

Ego tamen respondebo, hunc casum ab aliis in

quibus minor restituitur dissimilem non esse si consideres dolum non facere, qui vitium iure suo. l. nullus videtur. §. ff. de reg. iur. & qui facti sui autorem Pratorem habet: quomodo habet minor, qui non se ipsum restituit in integrum, sed restituitur a Pratore, arg. l. iuste possidet. 1. ff. de acquir. poss. Et quantum ea restitutione decipi videatur, is qui satis accepit, non tamen decipitur dolo malo minoris, sed potius a seipso, qui tam parum cautus fuerit, ut pro idoneo defensore admiserit eum, quem sciebat, aut scire debebat in integrum restitui posse, arg. l. nam si actor. 26. ff. de reg. iud. qui cum alio. 19. ff. de regl. tur. Itaque non est talis haec deceptio, ut impediat restitutionem, cum sit permilla: ut & illa de qua in l. in causa. 16. §. item Pomponius, ff. de minoribus. item si pretic. 21. §. fin. cum l. sequent. ff. locati.

Ex quibus sequitur, quod si in casu, d. l. minor, postquam minor vitio, & sponte se liti obtulit, & defensionem suscepit, dominus satisfecit, quia hoc casu minor in integrum restitui non potest, ut qui nullam pati lesionem possit, idoneus tunc defensor esset, quomodo intelligit illa eiusdem legis verba. Ex quibus causis in integrum restitui possit, id est, quando ipsa, non dominus satisfecit.

Sed antea quam hinc abeamus, illud obiter adnotare oportet, non obscure ex proxime, & dict. l. minor obseruatis colligi minorem 25. annis procuratorem, & defensorem alienis in negotiis esse posse, cuius tamen contrarium est, ut constat ex Speculat. 1. part. tit. de procuratore §. 1. verfic. Item quod si minor, num. 8. quem scire sequitur Gregor. in leg. 5. verbo, minor, tit. 5. part. 3. Paz. in praxi, adnotation. 4. nu. 16. Amator Rodriguez, de modo videndi procell. cap. 3. nu. 2. communem resolut. Benedictus Capra, regula. 67. nu. 2. & 3. Qui omnes mouentur, dict. l. minor. §. 1. ff. de procuratoribus, leg. exigendi. 12. Cod. eodem. Quoniam opinio, est hodie probanda sit, propter Bonifacii auctoritatem, in capit. qui generaliter. §. 5. final. de procuratoribus, libr. 6. & expressam Regiam l. 5. tit. 5. part. 3.

Iure tamen ciuili contraria sententia verior est, ut videlicet post 17. annum completum eo manere fungi quis possit: quae admodum & potest aduocati officium ea etate egredius exercere, ut est notum, & late scribit Speculator, vbi sup. tit. de aduocato, nu. 16. nonissimè Donellus, lib. 18. cap. 3. mouere Pontificem, & nostrum non debuerat, dict. l. minor, dict. leg. exigendi; non enim ibi simpliciter negatur minores procuratores esse posse, sed hoc dicitur idoneos non esse, in casibus quippe in quibus possunt restitui, de quibus iam sup. quod latius deducit, & considerat Donellus, dict. cap. 3. fol. 130. quae & Rossensis opinio fuit, cuius meminit Ioann. Andr. ad Speculatorem, dict. num. 8.

Qua autem ratione, in dict. leg. minor fideiussoribus, etiam restituitio in integrum concedatur, recte ibidem Eguinaris Varo, & Ant. Faber explicant, & in l. in causa. 14. ff. de minoribus, late Caldas, regulam cum ampliationibus adducens, in l. si curator, verbo, minoribus, nu. 46. & nu. 50. C. de integ. restit. minor. omnia enim, quae obiter incidunt serio, & expressè explicare extra manus, & institutum praecceptoris est.

Restat interpretatio textus in dict. leg. procurator 67. ff. de procuratoribus, sed ex communi opinione respondendum est, quod licet procurator ad lites, & iudicia, qui se liti non obtulit, & cum mandato domini accessit, iudicari actione non teneatur, in xtra supra adducta. tamen procurator tamen ad negotia efficaciter obligatur, in xtra textum, in dict. l. procurator, & in d. l. scilicet Titij, 49. in princip. ff. mandati, in l. si seruum ff. de insti. tutoria, in l. prior. 4. §. in eum ff. de admini- strat. rer. ad ciuit. pertinent, quorum iurium argumen- tum cam

to eam opinionem, cum aliis defendit Iaso, in prin. d. l. 4. nu. 2. & 3. quo in loco refert Angelus, ita Floren- tiae indicatum fuisse.

60 Contrariam tamen sententiam, quinimo nec procuratorem ad negotia alieno nomine contrahentem obligari, plures probant, quibus primo fauet text. in leg. fin. ff. in iustoria. Secundo vulg. regul. text. in dict. l. non omnis. 19. ff. si certum petatur. Tertio, quia qui non obligat procuratorem nomine eius priuato, priuatum eius fidei non sequitur; sed domini constitutus, & per consequens ipsum dominum, procuratorem autem, nec ciuilitur, nec naturaliter obligare potest, ex reg. l. cum amplius. 8. §. 4. natura. ff. de reg. iur. Quae opinio, in dict. l. procurator, num. 2. placuit Bart. Pauli, in l. 1. §. exercitorem. ff. de exercit. action. & consil. 2. 2. n. 2. vol. 2. Molin. in rub. ff. de verb. obl. num. 78.

61 Dissidium hoc ita competat Bart. vbi proxime procuratoris voluntatem attendendam esse, quoniam si ipse voluit obligare personam suam, aut personam domini, voluntas eius efficacem obligationem producit, quod si simpliciter contrahat ea est distinctio adhibenda, nam, aut ex eo contractu aliqua acquiruntur obligatio, & eo casu etiam ipse remanebit obligatus, dict. l. seruum Titij; aut ex contractu nihil acquiruntur procuratori, & tunc nec ipse procurator obligatus manet, Bertoli distinctionem communiter sequuntur Paulus, nu. 1. Molanus, nu. 1. Iaso, & Vincent. nu. 4. in dict. l. 4. vbi Ripa, nu. 1. Socinus, consil. 154. lib. 1. Borrius, & alij quos nouissimè refert eandem distinctionem secutus, licet per plures causas ampliet, & limitet Ioan. Gutierrez de tutelis 2. part. cap. 13. ex nu. 5. ad num. 31. qui pro ea adducunt text. in l. solutam. 11. §. per liberum. ff. de pignorat. action.

62 Verum ea concordia fallum in iure supponit, quippe posse procuratorem ad negotia, abique speciali domini ad id mandato, eum ex suo proposito contractu obligare, quod ius non patitur, repugnante nouissima eius reg. de qua in l. quacunque geimus 21. ff. de obligat. & actio. item & reg. l. inter stipulantem, §. 3. in prin. ff. de verb. oblig. de se enim quenquam promittere oportet non de alio; vnde & facti alieni promissio inuisit est, ut late nostris ibidem explicauimus commentariis. Præterea, quia cum omnibus contractibus in quibus mutua proficiuntur actiones (sunt autem perhibe omnium, ut notum est) semper sit quod actori, siue procuratori acquiri possit, efficietur, iuxta superiore doctrinam fere semper procuratorem ex contractu alieno nomine gestum manere obligatum, quod tamen dicit nemo, si modo sapiat.

63 Ergo retinenda est communis sententia supra nu. 59. proposita; quippe procuratorem ad negotia ex contractu nomine domini celebrato obligatum manere ex iuribus ibidem adductis, quibus viua, & spiritans ratio accedit. Quoniam si per procuratorem non potest acquiri obligatio, l. stipulatio. 38. §. alteri ff. de verb. oblig. vnde ex contractu procuratoris ipsi procuratori directè actio acquiritur, l. in causa. 27. §. fin. l. si procurator. 28. ff. de procuratoribus, qua dominus abique cessione non vitur, l. si procuratorem, §. §. si liber homo, l. idem 10. §. si cui mandauero, l. si quis alieni. 17. §. fin. l. cum seruus, §. 4. vlt. ff. mandati, longe minus poterit, quis per procuratorem alteri obligari, cum adquisitio fauorabilis sit, obligationis vero causa oisiosa. Vnde & illud est consequens ipsum procuratorem obligatum manere. Nec obstat text. in d. l. procurator, ibi; Fidem suam adstrinxit. Quoniam est eorum verborum argumentum prauertent plures, ita demum procuratorem ex contractu teneri, si specialiter fidem suam obstringat, idem etiam erit, est simpliciter contrahat, ut Salmanticenses interpretes hactenus crediderunt.

Qui autem, non obstat text. qui pro contraria opinione inducitur, in d. l. fin. ff. de iusticia. Respondent enim insitorem ibi non teneri, quia nullum contractum celebrant, cum Sotius creditor, ibi non crediderit pecuniam insitorem, sed mensie nummularia; nec insitorem promiserit Sotio pecuniam, sed ad fidem mensie praestandum deditur cautionem, qua declarauit apud mensiam mille denarios numerandos esse certa die. Vnde neque ex causa crediti potuit conueniri, cum ipse nihil accepit, neque ex verbis epistolae, quae nullam continebant promissionem, sed fidem negotij celebrati cum mensia, vnde aduertunt Bart. & Fulgof. in d. l. 4. in prin. h. t. & in d. l. fin. Alex. cons. 28. nu. 5. lib. 6. Socinus, consil. 154. nu. 2. vol. 2. Manet itaque veram esse differentiam sup. d. num. 33. propositam, inter procuratorem ad iudicia & procuratorem ad negotia.

65 Ego opinionem contrariam, quae docet finito officio procuratorem ad negotia indemnem praestandum, quinimo nec efficacem obligationem teneri vteriore esse contendo. Tum ex adductis sup. nu. 34. & reg. l. ex mandato, 20. D. mandati, quam exornat decisio Genuae 76. nu. 5. & expresso textu, in l. si pupilli. §. item si procuratori, D. de neg. gest. Item si procuratori (inquit text.) tuo mutuum pecuniam dedero tui contemplatione, ut creditorem tuum, vel pignus tuum liberet, aduersus te negotiorum gestorum habeo actionem aduersus eum, cum quo contraxisti nullam, qui text. caualionem non patitur, nullus enim locus qui per hoc non haec sententia, qui & in verfic. sequenti, non minus stringit. Quid tamen (inquit) si a procuratore tuo stipulatus sis, potest dici superesse tibi aduersus te negotiorum gestorum actionem, quia ex abundantia hanc stipulationem interposuisti, quasi I. C. Iulianus inuenit, quod est quod casu procurator ipse stipulationem interposita specialiter fidem suam adstrinxit, teneatur, directe quidem, & ciuili actione mihi creditori, cui post numerationem stipulanti promissum fuit, quia tamen non procuratoris negotium ea in re verum est, sed tui contemplatione negotium fuit celebratum, adhuc superest, negotiorum gestorum actio contra dominum. Adde ex mente Iuliani, non tantum superesse, sed priori loco proponendam, hic enim est sensus illorum verborum, quia ex abundantia hanc stipulationem interposuisti, argumentum, in causa, 27. §. fin. l. si procurator. 28. D. de procura. oibus; de quibus late supra ex nu. 24. Tum ex expressa decisione, d. l. Procurator. 67. cuius argumentum non declinat, qui contendunt, idem illo in casu dicendum, est procurator pro euictione praetiorum fidem suam non adstrinxisset, quoniam cum nominatum Papinianus idem eum obligari scripserit, quia fidem suam adstrinxit, a- pertè insinuat alias eum non teneri. Quomodo enim nec teneatur tutor, qui pecuniam se soluturum canit in quam pater pupilli condempnatus fuerat, recte enim post tutelam finitam actionem recusat; item & curator furiosus furioso mortuo, post mortem, §. in prin. & in §. 1. D. quando ex factio tut. l. 1. C. eodem, quod idem vice versa, & in tutore, & curatore contingit, ut & finito officio, teneatur, si non tantum tutore, aut curatore nomine, sed etiam proprio fidem suam adstrinxerit, l. si non subscrispisti, §. 1. C. de administ. rus. Patet procuratorem, eo quod curator esse desertus non ipso iure obligationis onere lenari, nec enim hic est modus tollendae obligationis, sed saltem per exceptionem doli, quasi in dolo sit is, qui ex contractu procuratorio agit contra procuratorem, postquam desit esse procurator. Vnde sententiam hanc, sine serupulo in d. l. procurator, admittunt Eguinaris Varo, & Ant. Fab. Donell. in prin. d. l. 4. sup. h. t. & in insitorem, ut non alias teneatur, quam si nominatum fidem etiam suam dederit. Hispanus Rex. in l. 7. vbi bene explicat Greg. gl. 4. tit. 1. par. 5. cui adde Parladonum,

rium, lib. 2. c. fin. 4. par. 5. num. 3.

Textus vero in d. l. seruum Titij, 49. in princ. D. mandati, ad rem non pertinet: nec enim ideo ibi procurator, finito negotio tenetur, qui tanquam procurator vendidit, sed quia rem suam, quam tamen alienam putavit vendidit, qua venditione, etsi dominum accipient non fecerit, cum in causa traditionis errauerit, errans autem rem suam non amittat, l. si procurator, 35. D. de acquir. rer. dom. cum tamen in eum, qui bona fide, & ex titulo emptiois accepit translata fuerit, saltem vsucapiendi conuictio, ex regula l. clauibus, 74. D. de contrah. empr. si Titius, & dominus, & procurator, qui alieno nomine, & vendidit, & tradidit, vindicatione agit exceptione submouendum recte docet I. C. quia quem de euictione tenet actio eundem agentem repellit exceptio, regul. l. vindicantem, 17. D. de euic. At dices. Ergo si non potest euincere, ergo si euictionis iure tenetur, quod ibidem diferte I. C. probat. Ergo finito officio tenetur procurator. Sed ex eadem lege facilius est explicatio, con-tendit etenim id tenei, qui rem suam venderat, non si alienam. Vnde cum summo iure dominus ad-huc maneat, ex dict. leg. si procurator, & ipsi compe-tat vindicatio, agens tamen exceptione submouebi-tur: turpe enim esset factum suum impugnare, quo respiciunt geminata saepe verba quibus procuratoris dominum esse venditi serui. I. C. voluit, plane ostendens, longe aliud dicendum in procuratore, qui ven-didit dominus non esse: quem alieno nomine ven-dens de euictione tenei dicit nemo.

Rursus non obstant tex. in d. 5. est autem, l. 1. D. de exercitio. actione, quoniam magister in specie, & tra-ditione de exercitio longe distat a procuratore in mandato: ille ex contractu suo ciuilitur obligatur, dominum iure pratorio, & ex aequitate in rebus non-nullo obligat tota l. illo tit. hic extra casum expresse conuentionis ex contractu nomine domini gesto non obligatur, diximus. nn. 39. dominum semper obligat, vt proxime diximus. Item etiam, quia pugnat natura ipsius contractus, & gratuita hinc inde est: & in eo non nisi vicaria amicosum fides interponi-tur, vt ex Cicero. & aliis adnotarunt Baldunius, & Myfingerius in rubr. Inst. de mandato. Vnde non mitum in dict. 5. est autem magistrum ex suo contra-ctu ciuilitur exercitorem, qui eum proposuit ex aequi-tate iure pratorio tenei.

Planè tex. in d. l. si quis mancipis, §. si seruum, nihil probant contra nostram sententiam, cum ibi id I. C. doceat, quod si seruum Titij inhitorem habueris; & tecum, & cum Titio agere licet, & diuersis edictis potero.

Denique explicatio, l. prior, 4 §. in eum. D. de ad-ministr. rer. ad ciuit. pert. finit ex eius verbis ibi; nona-tione facta cauet, quo casu post depositum officium actionem in eum dari recte scribit Vlpian. quemad-modum, & in procuratorem, qui specialiter fidem suam addidit, in d. l. procurator, 67. D. de procura-torib. quibus occasione hac disputasse iuxta eorum obligationem, an & quatenus teneatur sufficiat, rem pergamus.

His denique addo, rem hanc hodie extra omnem controversiam esse, si consideres verba quibus fre-quenter procuratoria mandata concipiuntur, quibus formam praescribit tex. in l. 97. tit. 18. par. 3. ampliatam iuxta hodie scriptum stylum cuius meminerunt Pragma-tici Gabriel Montrosio, & Didac. de Ribera, in praxi, ille tract. 7. fol. 12. pag. 2. hic vero, 1. par. fol. 61. in no-uisima excusatione, ex quibus cum constet mandatem suae confitenti manere obligatum ea omnia praestare, & adimplere, quae mandatarius virtute mandati gessit, contraxit perinde, ac si idem ipse contraxisset. Vnde in obligatione postea contracta, procurator, nunquam suo nomine, sed nomine constituenti

contrahat, aut agat, nec eum actum gerat, vt ex eo ma-neat obligatus, absque eius consensu, & voluntate, obligatio nulla contrahi potest, & recte induces ite-rum regulam, d. l. non omnis, 19. D. si certum petat. & qua scripsimus, in §. si quis alium ex num. 2. Inst. de inutilibus stipulationibus.

Ait tex. si se obtulit in ipsum dabitur. Idem in d. leg. 72. Plautius, 61. D. de procuratoribus, & in l. fin. versicul. Mas si algum homo se parasse por si misimo, tit. 5. part. 3. ex quibus constat, eum se liti obtulisse dicendum non tantum, qui vltro, & sponte alienam causam defen-dendam suscipit, qualis est defensor, sed etiam procura-tor, qui ex mandato agit, aut defendit, cum sciret cautum non esse, nec enim aliter audiendus est, sine procurator, sine defensor quam vel a domino, vel a seipsis idonea interposita satisfactione, l. si ad defen-dendum, 10. D. iudicium solui. Eo ergo casu, quia ve-rè condemnati sunt in eos actio iudicati dabitur. Sem-per enim qui se vltro, & sine causa liti offert, condem-nationem proprio periculo pati debet; ne aliquin aduersarium suum, quem decessere voluit, impune decesseret, tex. in h. l. 4. & in l. is qui se obtulit, §. l. fin. autem, 27. D. de rei vindic. id cum sciat, aut scire de-beat, qui se liti obtulit, imputare sibi debet, cum pro-se, & in eum casum satisdedit. Ergo qui iuramentis necessitate coactus alienam defensionem suscipere, liti se non obtulisse, indeque iudicati actione non tenei consequens est, quod optimis exemplis de tuto-res, curatore, actore municipum, in h. l. 4. explicat Vlpianus. Sed in primis de procuratore in rem suam, cuius antea memini, subiciamus nonnulla, discusso antea versiculo, per contrarium, dict. l. si procurator, 28. D. de procuratoribus, de qua late supra, num. 27. ex quo aduersus nostram hanc, l. 4. inenitabile constru-tur argumentum.

Contrarium eadem effe solet ratio, l. 1. C. de cu-prellis, lib. 1. r. c. in princ. vbi num. 1. multis exomui-mus. Inst. de his qui sunt sui, vel alieni iuris. Sed si procurator meus satis accepit iudicium solui, vtilis iudicati actio mihi indulgetur, d. l. si procurator, 28. in princ. & diximus late sup. d. num. 27. ergo per contra-rium si procurator meus iudicatum solui satisdedit, quod est omnino necessarium quoties, quoties, se liti offert, in me ex stipulatu actio saltem vtilis dari de-bet, directa quae ipso iure in procuratorem compe-tat penitus sublatam, d. l. in causa, 17 §. fin. D. de procura-toribus. Ergo etiam si se liti offerat procurator, in ipsum efficax iudicati actio danda non est in nostro textu.

Huius rei tanta est difficultas, vt existimauerit ibi-dem Ant. Faber, in rationalibus, abundare negatio-nem, & semper legendum, in me ex stipulatu actio da-tur, nec aliter potuit coherere posse contexturae suam, nec aduersarium illam per contrarium. Nos recte hac opinione, & interpretatione Eguinarij Baronis, eodem in loco item, & illa eorum, qui existimant, eum versiculum intelligendum de procuratore in rem suam, aut de eo, qui ad eam rem specialiter datus est, id est, ad exigendum, de quibus paulo ante, & cohaerenter Vlpianus loquutus fuerat. Existimamus illam sententiam eandem esse, cum nostra huius l. 4. Si se obtulit in ipsum datur, vt Vlpianus ibi, qui de procuratore, & defensore loquitur, semper de eo, qui se liti obtulit, verba facere: de his enim, qui quamuis, cum mandato domini ad iudicium accedant, si tamen sa-tisdederint, qui dominus non satisdedit, se liti ob-tulisse dicendum, quemadmodum, & defensores, constat ex supra dictis. numer. 72. in eoque semper iudicati actionem dandam fuisse, quae ibidem dixi-mus, nec obstat aduersaria. Per contrarium, quia id exprimentum videbatur, vt quemadmodum, quo calu procurator meus satis accepit illi ex stipulatu directa actio acquiratur, & mihi vtilis indulgetur, sic

fic versa vice, quo casu ipse satisdedit (vt in l. 1. & 2. casu, versic. per contrarium) etsi directa iudicati actio in ipsum datur, de re etiam, & in me vtilis, & qua argumentatione Antonius Faber, non eximitur, abique totius contexturae exertione, quoniam animaduerto, inter vtumque casum magnum esse discrimen, siquidem in primo, cum procurator satis ac-cepit, mandatam inter dominum, procuratorem praecessisse supponit, Vlpianus, a dominoque satis-dationem interpositam, cuius contractus causa, & quia res domini agitur, & vtilis ex stipulatione, & iudicato actio quiritur inducta ratione, leg. qua-cunq; gerimus, 1. 1. D. de obligationibus, & actioni-bus, & is, quae sup. num. 27. latius considerauimus, item etiam quia quemadmodum, cum procurator praecedente mandato, & satisfactione a domino in-terposita agit, si condemnatur, aduersus dominum, non aduersus cum iudicari agitur, ex rationibus sup. numer. 29. & 30. animaduertis: sic quoque etiam fuit eodem in casu, vtilem actionem domino acquiri, quae omnia cessant in casibus versiculi, per contrarium, cum procurator meus se liti offert & ipse, item & de-fensor, cum satisfactione a se ipsis interposita iudi-cium accipiunt: quoniam quemadmodum hoc casu cum ipsis, non cum domino iudicari agitur, ex h. no-stra leg. 4. & dict. versic. per contrarium, in fine, sic nec est, aut ex stipulatione satisfactionis in dominum ali-qua actio nascitur, quem nec defensor, nec procura-tor obligationis vinculo ad iudicem poterunt, leg. inter stipulantes 83. in princ. D. de verb. obli-gat.

Ait text. Recursare iudicati actionem non potest in-rem suam procurator factus, ex illa generali regula, quam iatio Vlpianus proposuit, quippe procurato-rem, etsi condemnatum iudicati actione non tenei, vnam subiunxit exceptio, ne eius videlicet, qui se li-ti obtulit, siue is procurator, siue is defensor fuerit, de quibus haec tenus. Ecce aliam, aut si in rem sua procura-tor, quis factus sit, in eum ergo iudicati actio datur: non quod se liti obtulerit, vt ait Vlp. sed quia no in alienam, sed in suam rem procurator fit. Eius fide-rius in lere Ciuili mentioni, is etiam est, qui cum mandatas, & cessas sibi ab alio actiones exercerec pro-secutor est; sed quia non in alienam, sed in sua rem, id est, commodum suum propriumque lucrum actio-nis praestare sunt, licetque omnes, & compendii eum respicit, idcirco in rem sua factus datus re-procurator dicitur. Similis est is, qui nomen emi, ven-ditor quoque ab emptore datus ad litem procurator, multiq; in aliis speciebus, quae tibi occurent in leg. 3 §. 1. versic. fin. p. quod quilibet iuris, quae omnia 23 §. final. l. si procurator 28. l. si quis in rem 34. leg. pro-curator 55. l. Plautius 61. D. de procuratoribus. l. quod si minor 24. in princ. D. de minoribus. l. sed si 14. D. de pactis leg. 2 §. fin. D. famil. ercisc. l. in rem suam 18. D. de compensat. l. fin. §. Titius. D. de condit. inde-diti. l. si procuratorem 8 §. final. D. mandati. leg. sicut 8 §. si procurator. D. qui b. mod. pign. vel hyp. soluit leg. si cum venditor 66 §. si secundus. ff. de euictionib. in h. leg. 4. in princ. D. de re iudic. l. 1. §. in propria. D. quando appellat. l. qui suspectum 20. D. de appella-t. l. quia absente 4. l. qui stipendia 9. C. de procura-toribus, l. 1. C. de contrario iudicio tutelae. l. si in solu-tu 6. C. de obligat. & action. lex nominis 8. C. de pe-riculo, & commodo rei venditae, & apud nos in l. 16. tit. 20. lib. 3. Fori, & in l. 4. tit. 11. l. 64. tit. 13. p. 3. Quo-modo autem mandatam procuratorium in rem sua,

Hispane dicimus, poter en causa propria, conficere de-beat, ostendunt pragmatici Di. Ribera in praxi. 1. part. folio 75. & Gabriel Montrosius tract. 7. suae praxi fol. 117.

Sed an vt quis procurator in rem suam datus fa-

ctus dicatur, sufficiat, & actiones cessas esse an ille d-eriam, vt nominatum procurator in rem suam fiat, valde controuertunt interpretes. Speculator tit. de procura-tore. §. sequitur, versiculo in summa, & tit. de ces-sione actionum §. vltimo, existimat, cessationem, actio-num sufficere, vt quis statim procurator in rem sua factus dicatur, idem docet Accurs. in leg. 1. Cod. de actione, & oblig. verbo, mandatam, ibi, vel nisi fiat, & in le. 3. verbo, mandaueris. D. de nouat. Bald. in l. siquidem, col. 2. de actione, & oblig. communis te-ste Iafone, & Ripa, num. 8. in h. leg. 4. Marana, in leg. actor, num. 12. D. de procuratoribus, & neruosis defendit Hispanus Frascicus Onezius Pancoruius lib. singulari obseruationum, capitulo, 59. pag. 265. vt sic ex actionum, aut iurium cessatione, seu ex manda-co actionum, competat exercitatio actionum direc-tarum nomine domini, vltimum vero nomine pro-prio, quod & Fuglosio placuit in d. l. 1. C. de actio, & obligat.

Sei obstat text. in d. l. 2 §. fin. in fin. D. famil. her-cisc. & in l. 3 §. idem Labeo. D. de in re verbo, & in d. l. si procuratorem 8 §. fin. D. mandati, & in d. l. si in so-lutum, 6. C. de actione, & obligat. quibus in locis illud requirit videtur, vt cessis, & mandatam actionibus procura-tor, quis in rem suam constituitur. Nam quamuis Fran-ciscus Pancoruius, d. c. 6. existimauerit illa verba, d. §. fin. d. l. si procuratorem, si hanc mihi actionem cedas, & procurator: em me in rem tuam facias, ita intel-ligenda, vt perodius, siue oratio posterior prioris sit expolitio, id est, procuratorem me in rem tuam facias, quam loquendi rationem apud I. C. saepius vitatum multis ibidem, & ostendit, dixitque prius eodem lib. 1. cap. 9. in princ. exat tamen eadem repetitio reli-quis aliis in locis, quorum ipse non est iuris antho-res rem ita apertam toties exponere, & inculcare.

Ergo dicendum est, per cessationem actiones dum-taxat vtilis in cessationarij transire, leg. 2. C. de actione, & oblig. directe enim a cedentis offibus non se para-tur, l. qui ergo casus, 17. iuncta gloss. fin. D. de peculio, l. 3. in princ. D. pro socio. Quo casu cessationarij vti-lis actionis dominus est: quam si moueat non licet tantum, sed & rei dominus est, d. l. 1. in propria D. qua-do appellat. sit, quod si interfit eius directis etiam actionibus agere propter vtilitates, quae cogerit ma-ranta in d. l. si actor, ex nu. 35. ad 32. oportet, vt in rem suam procurator, siue mandatarius constituitur, quo-modo eorum exercitium nomine domini habeat: & intelligenda sunt leges adductae, nu. 80.

Periculum autem nominis cessis ad vtrum perti-neat cedentem ne, an ad eum, cum cessio facta est, dis-putat Francisc. Pancoruius, d. c. 6. per tor.

In eum ergo qui cessis vtilibus actionibus, & man-datis directis procurator factus est in rem suam, si aduersus eum sententia feratur iudicati actionem dandam, cum & ipse sententiae verbis comprehenda-tur, & ad eum rei commodum, & incommodum perti-neat, recte docet h. l. 4. & d. l. Plautius 61. D. de procura-toribus. Ex quibus, & illud obiter animaduertens, eum non tantum ex parte actoris (quod frequentius est) sed ex parte rei dari posse, vt multis animaduertit Accurs. verbo, nisi, aut in rem suam, in d. l. Plautius, & latius in l. plaeo, 3. verbo, suo loco. D. famil. ercisc. quomodo intelliges tex. in d. l. si actor, 29. D. de procura-toribus, quam in procuratore in re sua ex parte rei intelligi facile tibi persuadabis si consideres do-cere eo loci Vlpianum, quod si malit actor dominum, quam procuratorem conuenire, recte poterit, quoniam cedendo ius suum, alteri non potest quis credi-toribus suis praedicare, l. 2. C. de pactis, cu similib. ait textus, actor quoque, vel curator in ea condicione sit, vt non debeant videri se liti obtulisse, idcircoque debet in eos denegari iudicati actio.

85 Ergo, & si Praetoris edictum in condemnatum indicati actionem pollicetur victori, & tutor, aut curator, quorum persona pupilli, sine adulti nomine in iudicio fuit, re ipsa & sententia tenore condemnati sint, non eorum minoris executio tenore sententiae in eos non datur, quod idem deducet ex l. fin. D. si quis cant. l. 2. D. de admin. tutor. l. 1. C. quando ex facto tut. explicat praeter ordinarios Parlador. libr. 2. ter. quotid. c. fin. 4. p. 3. ex n. 1. Gutier. de tota. p. cap. 23. Hoc ideo, quia licet ipsi condemnati sint, perinde habetur, quasi non ipsi essent condemnati, sed ij, quorum de re agitur. Quicquid enim tutor gerit, perinde est, quasi pupillus gessisset. Hoc pertinet, l. aduersus 30. §. 1. D. de inoffic. test. l. cum qui, §. si actor. r. D. de const. pecun. l. post mortem, §. vlt. D. quando ex facto tut. l. tutorem, 22. D. de his quibus, vt indig. cum multis aliis, efficit numeris necessitas, quae ne his personis noceat excusata esse debet, nemini enim debet officium suum esse damnosum. sed si quis ex signa. oribus. 7. D. quemadmodum testam. ap. cap. cum non deceat 30. de electio. lib. 6. l. cum qua. lam 26. C. de admin. tut. Quod idem & in actionibus ex contradicibus dicendum est, d. post mortem, l. illud. 4. §. si impuberis. D. de euictionib. explicat late Ioann. Gutier. ez. d. 2. part. cap. 13. ex num. 1.

86 Illud tamen omnino aduertes quod si tutor calumniolose litigaretur potest condemnari ad sumptus, & in eum fiet executio propter calumniam leg. non est ignotum. 6. C. de admin. tut. est a minore fuerit eorum sumptuum facta exactio poterit ipse illos a tutore repetere, l. qui solidum, 80. §. etiam, D. de leg. 2. docet hic Bar. n. 2. l. 1. d. eum Bar. & l. 1. n. 22. in l. 1. §. si procurator, ff. si quis caur. & ita practici ait Abb. in cap. 1. vt lite non contestata, Maranta, de ord. in l. 6. p. 3. memb. nu. 39. Vnde & idem Bar. docet, quod si propter contumaciam procuratoris fiat aliqua condemnatio in expensis, in eius bonis faciendam esse executionem docet Accurs. in l. non potest, 160. verbo, non potest, D. de reg. iur. Paul. conf. 67. Montaluis in l. 2. tit. 1. part. 3. & s. duci potest, d. §. si procurator & nominatum docet, l. 2. §. ibi: pro ratione de su rebelia, o de su culpa, tit. 5. par. 3. hoc ideo quoniam in generali mandato non comprehenditur delictum, l. 1. §. quoties, in n. 1. gl. verbo salus, D. de vi, & vi armata, l. si pater 12. D. que in frau. l. cred.

88 Denique adertes, quod licet sententia executio in bonis tutoris non fiat: si tamen tutor pupilli bona habeat, atque ea non exhibeat pignori capiantur, iure in carcerem detendi poterit donec ea exhibeat, Bald. in l. 1. C. quando filius, vel primat. Ang. in l. si vacacia, C. de bonis vacantibus lib. 10. alter Ang. Aret. in §. fin. no. 2. Inst. de actionibus, Parlad. d. §. 3. nu. 1. Io. Gutier. d. e. 22. nu. 1. aut tex. Actor municipum potest rem indicatam recusare.

89 Ex si dem illis rationibus, quibus docuimus procuratorem, qui se liti non obligat, tutorem, & curatorem, iudicati actione non teneri; quippe quia & non suo nomine, & coacti officij, sine numeris necessitate agant, efficitur actorem municipum, siue ciuitatis Syndicum, iure rem in licitam posse recusare: vt recte hic Vlpianus docet, qui enim vt intelligas aduertet. Quod & licet ciuitas consentire non possit, vt ex contractu aliquo teneatur, l. 1. §. fin. D. de acquir. possess. quare non ex delicto quidem tenetur videtur, l. sed si ex dolo, 16. D. de dolo malo, reperitur enim in ea infantes, & furiosi, qui non consentiunt, l. qui ad certum, 13. D. locati, lege infans, 12. D. ad l. Com. de sic. car. aliud enim est Ciuitas, quam singuli cives: ciuitas quippe est vniuersitas quedam constans ex singulis ciuibus, in tantum, 6. §. vniuersitatis, D. de rerum diuis. l. sed si hac 10. §. qui manumittitur, D. de in ins. vocando (cui consonat, l. 13. tit. 2. p. 3.) sicut, 7. §. si quid vniuersitati, D. quod cuiusque vniuersitat. nom. l. pro-

ponebatur, 7. 6. D. de iud. qui licet moriatur, ciuitas tamen non moritur, cum sit corpus quoddam imaginarium, & intellectuale. l. mortuo 21. D. de fideiussoribus. Vnde nihil potest agere, nec cogitare quidem, nullumve negotium contrahendo obligari, vniuersi enim non consentiunt, licet ex his nonnulli consentiant, l. 1. §. vlt. D. de libert. vniuersi. Quo & etiam respicit text. in c. Romana, §. in vniuersitate, de sententia excomm. lib. 6. quo probatur, excommunicationis sententiam ferri in vniuersitatem non posse, cuius rei rationem accurate explicat Couar. lib. 2. var. c. 8. nu. 9. vbi sup. num. 10. infert, quare in vniuersitatem, vel populum ferri Ecclesiasticum interdictum possit, quod latius examinat in cap. alma mater, 2. par. §. 1. ex nu. 1. quem omnino videbis, idque summo iure, & secundum subtilitatem procedat. Vilitatis tamen gratia receptum est, vt si quid ab his geratur, quibus lumina republicae cura commissa est, vel ab eorum maiore parte ab omnibus factum censatur, l. municipes, 14. D. ad municipal. l. ind. 160. §. refertur, D. de reg. iur. quid autem, in d. l. municipes, 14. significant illa verba, quibus summa reipublica commissa est, vide Cuiac. lib. 12. obser. c. 3. sic in l. 1. §. licet, D. de exercitoria actione, ad summam reipublicam pertinet nauium exercitio, & apud Gellium, lib. 21. c. 3. Populus Lacedaemonum de summa republica deliberabat. Cicero in 11. Philippica, de summa Republica dissentientes, & pro Lucio Flacco, de summa Republica tacere. Et in Catilinam, ad illa venio, quae ad summam Reipublicam pertinet. Vnde dicimus, & ciuitatem ipsam, & obligari, & conueniri, l. 1. & toto tit. d. quod cuiusque vniuersi. nome. l. ciuitas, 17. ff. de cert. pet. Id cum neque ab omnibus simul ad quos reipublicae administratio pertinet, possit expediti, moribus fuit inducitur, ita necessitate exigente, vt per actores, & pro Lucio Flacco, siue municipij res gerentur, tot. tit. d. quod cuiusque vniuersi. nomine, l. municipibus, 96. D. de condit. & demonst. l. 3. l. 9. tit. 5. par. 3. quam rem praeter alios docti explicat Vvelembach in paratitib. d. quod cuiusque vniuersi.

90 Ergo actor, siue syndicus si condemnatus fuerit exequi non potest, sed in ipsam Ciuitatem, aut municipium cuiusque bona fiet executio, eadem enim ratio est, quae in procuratore, tutore, & curatore, vt iam insinuauimus. An autem tunc in bonis ciuitatis, quae dicimus, proprias, y ventas, an in collectis, quas dicimus, sifas, o impositiones, an in bonis decurionum executio sit facienda, longioribus examinat Bar. in h. l. 4. in princ. D. de re iudic. ex num. 2. quem bene explicat Alex. ex nu. 1. l. 1. d. ex nu. 20. Ripa, ex num. 30. Vincentio ex nu. 32. Ioan. de Platea, in l. 1. col. 2. C. de apo. his publicis, lib. 10.

His ad posse vniuersitatem, siue ciuitatem, & delinquere, & puniri. Id quomodo efficiendum magistrat. er Bar. in l. f. d. 6. §. fin. D. de penis, eius distinctiones multis explicat Iafon. in l. ciuitas, D. si certum petat. In ius Clarus, lib. 1. recept. sent. §. fin. q. 16. Ofalcus, de iurisdictione Pedemonta, 2. 1. 3. q. 2. probanda sunt ad hoc, vt vniuersitas ex delicto teneatur latissimè Ioseph. Macardo, de probationibus, consil. 1413. & Farinacius, q. 14. Anton. Gomez, de delictis, cap. 1. ex num. 53. Azuiedo, in Curia Pilana. 4. part. cap. 3. de illius autem penae origines, quia multa ciuitates fuerunt euerit. arati quippe inducione, & salis aspersione, vide Baiardum ad Iulium Clarum, dict. q. 16. numer. 24. & Parladotium, lib. 1. rerum quotidiana. rum, cap. 22.

De tempore sententiae exequenda: an aritari, vel prorogari ad iudice possit, & interpretatione, l. 2. l. 4. §. si quis condemnatus. l. intra dies, 7. l. tempus, 29. l. debitoribus, 31. D. de re iud. §. 6.

S V M M A R I A.

- 1 Debitor est, a quo inuito pecunia exigi potest.
- 2 Peri in iudicio, nisi quod pure debetur, non potest.
- 3 Debitor, cum sacco paratus, nec adire, nec incidere debet.
- 4 Iudicari tempus ad soluendum, & vt iudicatio pareans concessum est.
- 5 Iudicari tempus, nec obligationem suspendit, nec compensationem impedit.
- 6 Iudicari tempus quale, & quantum olim, & hodie, & num. 8.
- 7 Iusti dies qui sunt, & dicantur, ex l. 12. tabularum de ea re.
- 9 Iudicari tempus nouo iure Hispano, decem dierum tantum interdictum est.
- 10 L. debitoribus, 31. C. de re iud. vera interpretatio.
- 11 Iudicari tempus reo personalis iudicio condemnati datur, non si reali qui statim restituere compellitur.
- 12 Iudicari tempus non semper iudices seruant, idque pro arbitrio differunt, vel minus, & num. seqq. & iurum, nu. 22.
- 13 L. 2. versic. sed perararo, D. de re iud. & num. 16.
- 14 Tribunal, locus vnde Magistratus ius reddebat.
- 15 Sedere pro tribunali praese iuridicando.
- 17 Alimentorum petitio differri nulla ex causa debet, nec potest.
- 18 L. si quis filio exheredato, 6. §. 1. versic. Nisi forte latro manifestus, D. de iniurto rupto.
- 19 Alimentorum causa summarie tractanda; & de alimentorum privilegio indocuat quodam.
- 20 Minorum 25. annis causa summaria, & sine cunctatione expedienda.
- 21 L. in minorum, 3. C. in quibus causis in integr. restit. non est necessaria.
- 23 L. 4. §. si quis condemnatus, ff. de re iudicata, & nu. seqq.
- 24 Terminum, legale, an index ex iusta causa minuire, & prorogare potest, & infra nu. 30. & seqq.
- 25 Iudicari tempus in reorum fauorem concessum est.
- 27 Terminus iudicialis aritari, vel prorogari ad iudice quare possit.
- 28 L. quod in diem, 6. l. si cum milia, 16. §. cum intra, D. de compensatione.
- 29 Hugonis Donelli interpretatio ad §. si quis condemnatus, l. 4. D. de re iud. notata.
- 34 L. 1. tit. 3. l. 1. l. 2. tit. 6. lib. 4. noua Recop.

Quamvis summi iuris expolet ratio vt si quis pure debet, ab eo inuito exigi possit, l. debitor; 108. D. de re iudic. signific. Vnde eorum condemnatorum pecuniam, quae ab his iudicio petitur, & ante sententiam pure debuerit (nec enim & ab eis aliter peti potuisset, l. cedere diem, 21. D. de verb. sign.) & nunc multo magis debeant post condemnationem: tamen quia id cum aliquo tempore temperamento accipiendum est, nec enim & cum sacco alie debent parati, quod dicimus, 105. D. de solutionib. l. si domus, 71. §. in pecunia, D. de leg. 1. eis item & concessis certum tempus constitutum est absolendum, intra quod cum his iudicati aut possit, quod appellatur tempus iudicari: vel quia indicatis datur, vel

potuit quod datur indicato faciendo, vt ex hac, l. 2. cum aliis initio adductis deprehendit, quod cum humanitatis & gratia indultum sit, l. debitor, 21. D. de 5 iud. neque obligationem suspendit, nec compensationem impedit, l. 1. cum milia, 16. §. fin. D. de compensatione, & hoc, quodnam initio constitutum esset in 6 pandectis non aperitur, expresse tamen apud Gellium, lib. 10. noct. Att. c. 1. apud quem veteris cuiusdam legis 12. tabularum fragmentum hac de re hisce verbis refertur *Aeria confessorebusque iure iudicatis triginta dies iusti sunt*, quam legem, & restitunt, & explicat Balduinus ad leges 12. tabularum, c. 46. Ludou. Charondas ad eadem, §. 62. & fol. 179. Ant. August. ad eadem leges, §. 3. pag. 184. Iacob Cuiac. lib. 3. obseruat. c. 39. Iacob Menoch. lib. 2. de arbit. casu 27. & 28. Ant. Quintana dueñas, tit. 6. num. 33. & plures alij, quos commemorat posteriorum legis partem exornans multis, Gaspar Baecius de inope debitor, cap. 1. ex num. 8. *in iusti dies*, & vocantur (inquit Ceclius apud Gellium, d. c. 1.) velut quoddam institum, siue iuris inter eos, quasi interfectionem quandam; & cessationem, vt his diebus nihil, cum iudicatis agi possit, quam interpretationem, est a doctis viris non probatam referat nonnulli, in h. l. 2. quibus ipse accedit, ab ea tamen parum discrepat docent istos dies, in l. dici, qui iure habeantur, cum enim ante eam legem, aut nulla esset dilatio reus condemnatus, aut si esset ea daretur arbitrio magistratum, quam ipsi condemnati eam sibi iure suo defendere non possent illa. 12. tabularum lex postea constituit, vt deinceps, si dies reo iusti essent, id est, est a magistratibus dati non essent, non minus tamen eos condemnari possent iure, sibi defendi, quam si in diem obligatio ab initio esset constituta.

Hoc triginta dierum tempus Romani postea duplicarunt, duos enim menses indicatis dederunt, quod quamvis iure pandectarum inducitur asserat Accurs. glossa verbo, tempus, in h. l. 2. & verbo, duos menses, in d. l. debitoribus, & verbo, tempore, in l. cum proponas, 9. C. de bon. auct. iudic. possi. ductus auctoritate d. l. debitoribus, iij; *Eaque si intra duos menses non soluerint, vendantur*, cuius opinionem sequuntur Panlus, in l. 2. nu. 2. C. de vsur. rei iud. Cinus, in l. 1. nu. 8. C. de dilationibus. Verius est illo iure indefinitè id tempus appellari, vel iudicati, vel constitutum tempus, hancque duorum mensum dilationem nouiter à Gratiano, Valentiano, & Theodosio fuisse inductam, vt constat ex l. 1. C. de vsur. rei iud. in Cod. Theodosiano, quam Iustinianus Imp. ad extremum, ad quatuor menses extendit, iudicias has non solum reus condemnatis, sed & eorum fideiussoribus impartitus, in l. 2. & l. fin. in princ. & §. fin. C. de vsur. rei iudic. quae & iure Canonico admittitur, in c. quartentis, 26. de officio deleg. c. quoad consultationem 15. de re iud. explicat Horolcius, in l. si adrogator, nu. 9. 8. de adoptionibus, Quamvis & ex generali consuetudine, cuius meminit Accurs. in d. l. debitor, 21. verbo, *indulturn*, D. de iudicis, ad decem diem redigantur, probat, & exornat Greg. Lopez, in d. l. 7. verbo, *fasta diez dias*, tit. 3. par. 3. quod & Hispano septem partito iure nominatim cauetur, in l. 5. tit. 27. par. 3.

Planè tex. in d. leg. debitoribus Accursio asserenti de iure Pandectarum iudicatis bimestre indulgeri, non adimplatur, non enim loquitur de tempore dato ad iudicatum faciendum, sed de eo, quod datur ad vendenda pignora, quae tunc demum capi possunt, cum iam lapsum est tempus constitutum ad soluendum. Quam interpretationem subodorasse videtur, idem Accurs. partim sibi constans, ibidem glo. fin. & probat expresse Bar. & Fulgios. ibidem, & in d. l. cum proponas, nu. 4. Boerius, decif. 45. Iacob Cuiac. lib. 3. obseruat. cap. 39. Quintana dueñas, lib. 1. de iurisdictione, tit. 5. num. 36.

11 Quæ omnia intelligas velim, cum reus actione personali conuenus condemnatus est. Si vero actione reali, alio iure vtriusque debet enim statim parere iudicatore, text. in §. sed est in rem. Inst. de officio iudicis, cui conflat text. in d.l. 5. verfic. *E si per auentura*, tit. 27. par. 3. & rem statim tradere si eius restitutor facultatem habet, ex d. iudibus, & l. qui restituit, 68. D. de rei vind. l. 2. o. ibi: *Que gela tuelga*, tit. 2. l. 19. ibi, *que gela tuelga*, tit. 1. 3. l. 2. tit. 27. par. 3. quod si iustam causam aliter, cur non possit restituere, datur ei tempus arbitrio iudicis, quam differentiam inter reales, & personales actiones obseruat glof. Bar. & omnes vbiq. Iaso, num. 13. in d.l. debitoribus Alex. nu. 4. Ripa, n. 12. in hac l. 2. Menoch. lib. 1. de arb. casu 27. & nominatim, d.l. 5. ibi, *Al plazo que el iudgador tuuiese por guisado*, tit. 27. par. 3.

12 Hoc tamen iudicari tempus, quia accedere sapere potest, vt sit longius iusto, interdum etiam, vt sit breuius, an omnino à iudice seruandum sit, queritur ab Vlp. in h. l. 2. cuius in ea te questione ea est sententia. Possit iudicem tempus iudicari constitutum non seruari, iusta tamen existente causa, eamque ex negotij qualitate, aut quantitate, aut personarum conditione æstimandam, quod idem deducitur, ex d. l. 4. §. si quis condemnatus, inf. eodem, l. veluti, 7. §. 1. D. de edendo, l. interdum, 36. D. de iud. c. quoad consultationem, 15. de re iud. idq. generali consuetudine seruati testatur Zasius hic, num. 3.

13 Nec obstat noster idem text. in *sed perraro*, in quo contrariam sententiam scribi, & correctionem eius quod in 1. par. dictam fuerat tradi plures existimant, colligi enim ex eo videtur, regulariter non licere iudici tempus à lege concessum restringere, nisi ex magna causa, vt prius I. C. expresserat. Quoniam omnia Bart. nostri existimatione, qui putauit, primam nostri text. partem loqui de iudice iudicante, secundam de iudice exequente, quem sequuntur Paul. Imol. & Alexan. in h. l. 2. num. 2. Conuincitur tamen ex illis verbis, qui *pro tribunali cognoscit*, quibus describitur magistratus, & is, qui iudicando præest, 14 (erat enim tribunal locus sublimis in quo sedebant Magistratus P. R. cum ius redderant, dictus à *tribubus*, vel quod ex hoc loco magistratus iure reddere tribus, id est, Pop. Roman. vel quod tribus ipse, id est, populus inde per magistratum, qui populi personam sustinet, ius redderet, qui locus solis magistratibus iura reddentibus fuit destinatus. Vnde hæc vox, *pro tribunali federe cognoscere*, nihil aliud declarat, quam magistratum esse, & præesse iudicando, de quo plura Budens, in adnotationibus, ad l. 1. D. de rei iud. Brisson. lib. 18. de verb. sign. verbo, *tribunal*.) Quid autem tribus, quoque ab initio, & postea fuerint in vrbe Roma, & quare sic dicti copiose post alios scribit Ioan. Rosinus, lib. 6. antiquit. Roman. cap. 15. & sententias exequitur, leg. à Dno Pio. 15. in princ. inf. eodem, inferiores alij iudices, penes quos iudicandi munus residebat, qui non pro tribunali sedebant, sed ad pedes magistratum in ima subbellij parte; vnde pedaneis dicebantur, Brissonius, lib. 14. verbo, *pedaneus*.

16 Dicendum est, ex paritate rationis in vtroque iudicentiam in iudicante, quam in exequente Vlpiani sententiam admittendam. Nec obstat *sed perraro*, cuius ea est interpretatio. Possit iudicem, & arctare, & prorogare in liciti tempus in omnibus regulariter causis, in quibus qualitas, & obsequium condemnati, id patitur. Quidam tamen esse, quæ excipiuntur in quibus *perraro* ad est, *ferre nunquam*, intra statutum tempus sententia exequuntur, veluti si alimenta constituantur, vel minori 25. annis solueniatur.

17 Ratio in promptu. In alimentorum petitione arctatur tempus, qui in his mora periculum allatura est, quippe sine alimentis viui non potest. Differenda au-

tem res non est, que sine periculo non potest differri, l. de pupillo, §. si quis vinus, D. de oper. nou. nunc. quem in pulchro casu notat Bar. in l. 1. nu. 5. D. de officio eius. Melior est textus, in l. si quis iusto exheredato, 18 6. §. hi autem omnes ibi; *Nisi forte larva manifestus sit, vel seditio præcipua, subitque eruenta, aliaque iusta causa, quam mox præfatis litteris excusauerit, mora non recipiatur, non pena festinatione, sed præueniendi periculi causa, tunc enim punire permittitur, deinde scribere*. D. de iniusto rupto, quem bene explicat idem Bart. d. nu. 5. Bartholom. Cepola, cautela 2. nu. 1. & addes, l. 16. & ibi Greg. gl. 1. tit. 23. par. 3.

Vnde, & de alimentis summariæ tractandum est, l. 19 1. §. Iulianus, l. si quis à liberis, §. si vel parens, D. de lib. agnos. exornant & explicat Molina, lib. 2. de Hisp. primogeniis, c. 75. n. 65. Lara de Cordona, in d. §. si vel parens, nu. 1. qui infinitos alios adducit. Fallitur tamen, dum exiitimat conclusionem hanc non probari in d. §. si vel parens, neque in d. §. Iulianus. Quoniam est in eis iuribus non dicitur causam alimentorum, sed filiationis summariæ tractandam, si filiationis causam, quam præiudicialis ad causam alimentorum summariæ tractandam est. Ergo multo magis summariæ erit alimentorum causæ, ex reg. authent. multo magis, C. de sac. sanct. Eccl. in alimentorum causis dilataciones longè minores concedendæ, vt in h. l. 2. notauit per eam Bart. num. 5. Abbas, numer. 7. in cap. 1. de dilationibus, Menoch. de arbit. casu 52. num. 1. & cum aliis Cordona, in d. §. si vel parens, nu. 27. Petr. Surd. tract. de alimentis, tit. 8. privilegio 2. ex num. 1. maxime, num. 6. Molina, lib. 2. de Hisp. primogen. c. 15. num. 75. & induces bonam legem Regiam 6. ibi; *De su officio deue saber si es su fijo de aquel por cuyo se razona, o non. E si fallasse que es su fijo, deue mandar al orro que lo cria, y lo prouea*, tit. 19. par. 4. tractari que etiam possunt diebus feriatis, non solum vindemiarum, & messium, verum etiam in iusticiis, & festiuitatibus in honorem Dei, Sanctorum, & Principis, l. 1. D. de feriis, gl. in c. fin. extra eodem, Bart. in l. f. l. ius. fa. nu. 5. D. de donationibus, Tiraqueus, de privilegijs nu. 54. causa, privilegio 156. in fin. Conarr. in 4. 2. par. c. 8. §. 6. num. 6. Lara de Cordona, vbi supra, nu. 5. 6. & 7. & cum multis Petrus Surdus, vbi supra, ex num. 7. & probat l. 35. tit. 2. par. 3. dum tamen, & à paupere petantur presentia, siue futura, non si à diuite, aut ratione præteritorum alimentorum causa agitur, vt in præcitatis locis animaduertunt Surdus, & alij.

Alter casus, in quo iudicari tempus aduersario ex sententia Vlp. in h. l. 2. arctatur, est causa minorum; quorum persona meretur præcipuum fauorem, vt & eorum restitutor, & moræ definitio, quam in eorum persona ex re ipsa fieri receptum est, facile declarant soti tituli, de minoribus, D. C. & C. & nominatim in l. minorum, §. 3. C. in quibus cau. in inter. restit. non est necess. quam docet, & vtiliter explicat, & exornat F. Muñoz de Escobar, lib. de ratiocinijs, cap. 15. ex num. 32. & nos multa dispensatione de mora, num. 38. cum seq. & iterum de minorum restitutoribus, eorumque privilegijs, in §. extraneis, ex nu. 27. Inst. de hæred. qual. in §. extraneis, ex numer. 27. ad num. 73. Inst. de hæred. qual. Humanum est, reo dilationem dare, vt num. 1. sup. in sinu animus: sed humanitas minoribus consulere qui propter infirmitatem status sibi prospicere, & res suas recte agere non possunt, l. 1. D. de minorib.

Regulariter igitur semper iustum tempus reo seruandum est, nisi quæ iusta causa afferatur cor coarctetur, duas nominatim ab Vlp. in h. l. 2. expressas adiungimus, & exornauimus iam, alias insinuat in illis verbis. *Pro causa qualitate, & quantitate, vel personarum obsequio, vel contumacia*, ex quibus constat indignos reos audiendos non esse, eos namque suis pena afficit, vt

vt dignos præmio, l. 1. D. de iust. & iur. Cuius generis est ille, qui aut conuenit ex maleficio, & dolo suo, aut contumax est. Altera causa, si reus rei præstandæ quæ petitur facultatem habet, aut summam pecuniæ facile poterit expedire pro facultatibus; aut si cum ea vtilitas publica coniuncta erit. Quæ omnia, cum certa non possint regula definiti, I. omnis definitio, 20. 3. D. de regul. iur. iudicantis religioni erit relinquendum, ex reg. d. l. 1. in fin. D. de iure delib. & diximus, sup. n. 27. §. 3. Quod hic præter alios Donellus accuratius explicuit.

Vernum vehementer his eiusdem Vlpiani sententia videtur obstat, in d. l. 4. §. si quis condemnatus, ibi; *Sed si quidem minorem diem statuerit iudex tempore legitimo, repletur ex lege, quod sententia iudicis deest, inf. eodem, ex quibus generaliter docemur sine distinctione, in iudice statutum tempus seruari debere, si minorem diem statuerit, ex lege supplendum esse, Accurf. vt nodum dissoluit in h. l. 2. verfic. *coarctat*, existimat speciali reorum favore procedere decisionem, d. §. si quis condemnatus, argu. l. fauorabiliores, 168. D. de reg. iur. l. Arrianus, 16. d. de oblig. & act. Sed conuincitur manifeste ea interpretatio, ex h. nostra, l. 2. vbi & coarctatio, & prorogatio indistincte à pari procedunt. Vnde communitur omnes Accurf. reprobant, teste Abb. in dict. cap. quo ad consultationem, num. 19. Iaso in eadem, l. 2. num. 20. Ripa nu. 10. Zasius in d. §. si quis condemnatus num. 8. Quare secundo idem Accurf. eodem verbo, *coarctat*, & d. §. si quis condemnatus, verbo, *minorem*, docet ex iusta causa posse iudicem tempus legale minuire, si que h. l. 2. intelligendam, illa cessante non posse, eoque casu, quod sententia deest, ex lege suppleti, d. §. si quis condemnatus, Accurf. sequuntur Bar. num. 7. Paulus, num. 2. in d. §. 2. Iaso, Ripa, & Zasius, in d. §. si quis condemnatus, Abb. in cap. 1. de dilationibus, nu. 4. Felin. in cap. cum sit Romana, num. 13. de appellatione. Hæc tamen solutio admitti non potest, quoniam vt rectè in eadem, l. 2. pag. 2. in fin. Donellus aduertit, iudex impune, & sine fraude, aut iniuria tempus iudicari non seruat, iusta tamen interueniente causa alias eius coarctatio non valet. Ergo etiam in d. §. si quis condemnatus valuerit prorogatio ab eodem facta, vt constat ex verfic. *Inter autem iustam causam, vtroque casu supponi necessarium est.* In eandem interpretationem incidit alia, quam scripsit Abbas, in c. prudentiam, nu. 5. de off. deleg. Felin. c. super his, de maior. & ob. d. Quippe tempus iudicatis in sententia assignatum, & præfixum in fauorem eorum, qui condemnantur dari, d. l. intra dies, 7. ibi; *Quia constitutorum, diem spatium pro iudicatio non contra iudicatum per legem constitutum est*, inf. eodem. Vnde iudex sine causa non poterit illud coarctare, & si de facto illud coarctauerit tunc illud supplet. Prorogare tamen illud poterit reorum fauore, etiam sine causa. Quomodo (aiunt ipsi) accipiendus est text. in dict. §. si quis condemnatus. Vnde inferebant, quod si tempus non in fauorem, sed in odium assignatum esset, versa vice valeret coarctatio, non prorogatio, sine causa. oblatæ, 57. iuncto. c. cum sit Romana, §. in princ. de appellationibus. Sed quod atinet ad hæc intra, in d. l. 2. & in d. §. si quis condemnatus, facile ea interpretatio reicitur: siquidem ex iam animaduersis constat vtroque casu, & in coarctatione, & in prorogatione iustam causam interuenire debere.*

Quare ex sententia Duareni, in d. l. 2. dicendum est, eam legem intelligendam de magistratibus P. R. veluti Pretoribus Vrbis, Præsidibus, aut Proconsulibus Pronunciariis, qui pro tribunali cognoscunt (ad quos priora verba eiusdem legis referuntur) & sententias iudicum à se datorum exequuntur, l. à Dno Pio. 15. in princ. inf. cod. vbi adieciimus: qui iudicari tempus non tenentur seruate, sed possunt ex iusta

causa maiuere, vel prorogare, text. vero, in d. l. si quis condemnatus, de iudice dato intelligendum, & d. l. si quis sæpe repetita mentio infirmat, ibi: *Statuerit iudex, & ibi: quod sententia iudicis deest, & ibi: iudex præfixit* qui extendere, vel minuire iudicari tempus non potest, nec iubere, vt sententia sua intra certum tempus exequatur, vel ante non exequatur; nec legem imponere superiori magistratui, ad quem eiusdem sententia pertinet executio. Nec quod ibi, *de termino* dicitur ad restrictionem legalis, & temporis iudicari faciendi referendum est, sed ad terminum concessum à iudice in sua sententia, ad soluendum, vel faciendum id de quo reus condemnatus fuit, qui dicitur pars sententiæ, & terminus condemnationis, vel iudicialis potius, quam executionis, & legalis, vt constat ex eodem textu in principio. Vbi I. C. dubitat, an terminus legalis computetur à tempore sententiæ, vel ex eo quo dies status præterit: terminus enim 28 status in sententia facti condemnatum in diem debere, & ideo ante diem non potest obici eius debiti compensatio. l. quod in diem. 6. D. de compensat. iudicibus, cuius contrarium desumitur est in termino legali ad executionem dato, l. si cum militi. 16. §. cum intra, illo titulo, de compensat. iudicibus; terminum ergo iudicalem iudex datus constituitur potest, per quod tempus legale non restringitur, sed repletur, ex lege quod sententia iudicis deest, est ampliore numerum diem iudex complexus fuerit, computabitur reo, & legitimum tempus, & quod supra id iudex statuit.

Ex qua interpretatione infero Hugonem Donellum, in d. §. si quis condemnatus, eiusdem textus sententiam non percepisse, dum quod ibi de statuto die Vlpianus ait, de termino à lege statuto interpretatur, quod iudicari tempus appellari admonuimus. Conuincitur enim expresse ex illis verbis: *Si quis condemnatus sit, vt intra certos dies soluat, vnde ei tempus ad iudicari actionem computamus vtrum ex quo sententia prolata est, an vero ex quo dies status præterierit*. Manet ergo Vlp. ibi non de tempore iudicari, de quo in h. l. 2. sed de tempore iudicari in sententia expresse loqui.

Superest adhuc, & alter scrupulus aduersus hanc Vlpiani sententiam, quæ iudici eam tribuit potestatem, vt legitimum hoc iudicari tempus, & coarctare, & minuire possit, iudicem omnes terminos legales sequi, & obstruere debere, l. nemo. 3. auth. qui. C. de temp. appell. l. superuacua. 7. C. de temp. inq. rest. l. adulter. 5. D. de adulter. adeo, vt neque partium consensu possint immutari, vt post alios rescribit Alex. consil. 24. num. 9. volum. 2. vnde neque iusta interueniente causa posse eos iudicem mutare ex communi rescribit Tiraqueus, lib. 1. de retract. §. 8. glof. 2. num. 14. Did. Perez. in l. 1. tit. 8. lib. 3. ord. glof. *basillus nuene dias*, ergo, & id in h. leg. 2. & in dict. §. si quis condemnatus obseruandum fuit.

Contrariam tamen sententiam docuit Accurf. in authentico de exhibendis reis. §. sancimus, verbo, *hoc est*, Bart. hic, num. 4. Alexand. num. 5. Caltrensis in l. interdum. d. de iudicis Vincentius in h. l. 2. num. 15. idem Alex. in rub. d. de success. edit. Abb. Felinus, & necius in cap. cum sit Roman. §. de appellationibus, quibus primo sanet h. l. 2. generalitatis, ex qua satis constat, etiam legalem terminum iudicem posse mutare. Deinde inducitur, tempus triginta annorum datum ad agendam. l. sicut, 1. l. omnes, 4. l. cum notific. 7. leg. si quis emptio. 8. Cod. de prescriptione 30. vel 40. anno. princip. Inst. de perpetuis, & temp. act. posse iudicem ex causa minuire l. Titia, 18. d. de accusat. l. diffamari, §. C. de ingenuis, & manum. Cui consonat l. 46. verfic. *e la vna de ellas* et. tit. 2. part. 3. vbi vtiliter explicat Gregor. Bar. in l. 1. §. huius autem. d. vt possit. Marthæas de Afflicis, de iur. Neapolitana, 268. & qui Hispanum, libellum in casu eius legis, scri-